


Exegesis Theologico-Philologica Duplicis Messiæ Theanthropoy Egressus. Mich. V, v. 1.

Bernae: In Officina Typographica illustriss. Reipubl. Bernensis. Per Andream Hügenetum, 1702

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn875132081>

Druck Freier  Zugang





45.

~~47.2.4.~~

49. el. 4.


Ja-1092 (45.)

1. Jeron. Friedr. Reich de usu experientiae spiritualis in scriptura
rum interpretatione. Lipsi. 1705.
2. Seb. Schmidius de antiquissima fide Mystica circa mysterium
S. S. Trinitatis. ad Gen. 1. d. reimp. Mittel.
3. Christo. Lombagus de sanctiore consubiali Paradisiaca ad Gen.
11. 24. Acton. 1699.
4. Jo. Geor. zur Linden historia lapsus ad Gen. 11. 1-6. Jen 1734.
5. Jo. Edoard. Nemegerius de femine mulieris caput serpentis con-
tributo Helms. 1703. ad Gen. 11. v. 14. 15.
6. Abrah. Calovius de inimicitia inter serpentem et mulierem
ad Gen. 11. 15. Mittel. 1662. reimp. ib. 1697.
7. Jo. Vloar. Preferendarius de Paradiso igne deleta ad Gen. 11. 24.
Acton. 1735.
8. Geor. Seb. Hambergerus de Inde diluuii ad Gen. 1. 10. 11.
Jen 1696. reimp. ib. 1706.
9. Heel. Gottfr. Majus de opere Loti et stratum salis conuulsa
reimp. Hafs. 1720.
10. Christo. Wallius de singulari facto ac fato uxoris Loti ad Gen. 19.
26. Lips. 1790.
11. Gott. Friedr. Jenichen de lapide facchi uncto ad Gen. XXVIII,
10. Lips. 1791.
12. Jo. Reisk. Rufus de 11 1/2 v. Mesia ad Gen. XLIX. 10. Jen 1719.
reimp. Mittel. 1794.
13. Jo. Trifschmuthus de circumfione Zippore ad Exod. 11. 24. 25.
26. Jen 1663.
14. Pen de Judais inter duas vespereas suactando paschali agno
ad Exod. XII. 3. Jen 1660.
15. An. Friedr. Neubauerus de angelo mortis ad Exod. XII. 29. Num. XVI. 14.
Hab. 11. 14. Job. III. 8. Apocalyp. 6. 11. Hal. 1792.

16. Conr. Ikenius de Marah ad Exod XXI, 22-25. Bremen 1792.
17. Geor. Christo. Hellwagius de Maana Christi tyjo. Jen 1795.
18. Franc. Wokanius de sermone elliptico in historia Israelis non
obvio Wittenb 1790.
19. Jo. Jac. Quandt exanad. inbrauerianum de sacerdotio Melchi,
Jedovans. regif. 1795.
20. Jo. Geor. Michaelis de incisura propter mortuos ad Lev. XIX, 20.
XXI, 5. Deubr. XIV, 1. Lipsi 1799.
21. Christian. Secouici de spiritu Moysi in XXI seniores posito
ad Num XI, 16. 21. Lipsi 1794.
22. Friedr. Guell. Breslingius de ritibus veterum Hebraeorum circa
inulam de colubam. Lipsi 1696. ad Lev. XXI, 17-19
23. Jo. Geor. Abichtius de respiciendis duobus versibus sup XXI in
quibusdam codicibus ^{rebrnari} omisfis Lipsi 1714.
24. Franc. Henr. Gebhardt de macilla sinforaca et corpore Adam
Lund. Gryphico. 1707.
25. Jo. Christo. Erlobius de Samuele Propheta et Jndice
non Pontifice aut sacerdote sacrificante ad 1 Sam VIII, 9.
Lipsi 1714. a.
26. Jo. Gott. Carpponius de pluralitate personarum in una
espatia ad 2 Sam VIII, 24. Lipsi 1720. 4.
27. Jo. Christi. Ningelshius de Ammonitis a Davide absque crudeli-
tate sub jugum missis ad 2 Sam XII, 31. 1. ebrn XX, 9. Lipsi 1751.
28. Jo. Crausius de Suroth Benoth ad 2 Reg. XV, 11, 20. Jen 1664.
29. Sim. Bened. Sympie verba Davidis ultima ad 2 Sam XXIII, 1
-7. Lipsi. 1721. . .
30. Jo. Nicol. Quihorpius de novissimis Davidis verbis ad 2 Sam
XXIII, 21-7. Postach 1700. *Postach non Wittenb*

31. Jo. Lam. Ecksteinus de 750 ad Pf. xxi. 17. Lips 1724.
32. Jo. Conr. Schramm de precibus Christi contra maledictos ad Pf. xxx.
Halsk. 1720.
33. Christi. Schöttgenius de emphasi verbi 50037 ad Pf. li. 9. Lips 1712.
34. Inman. Ens. Aahnus de expiatione per hispanum facta ad Pf. li. 9. Lips 1725.
35. Christi. Weifus de Samuele ad Jehovan clamante ad Pf. x. 6. Lips 1715.
36. Jo. Bened. Caopocinus de oratione Messiae ad sacerdotum ad Pf. cx. 4. Lips 1669.
37. Salom. Dejlingius de Israele Jehovae dominus ad Pf. cxiv. 2. Lips 1723.
38. et 39. Gotth. Friedr. Gudius de sensu orandi Colos. 1. 7. Lips 1723. et 1724.
40. Jo. Lidacke de homine in cujus naso est spiritus ad Job. 11. 22. Lips 1720.
41. Anuaritus Cassens de אִתְּךָ יְהוָה הַטֹּרֵר אֶתְּבוֹרֵךְ ad Jerem. xxii. 19. Lips 1716.
42. Casp. Löschens de Τεκνογονία divina ad Jerem. xxxi. 20. Witeb 1691.
43. Joan de Μεταφοραβει regis Nabucadnezaris ad Dan. 1. 5. Witeb 1701.
44. Petr. Brinchius de lxx hebdomadibus Danielis Safa. 1702.
45. Jo. Geor. Dorschens de lxx hebdomadibus Danielis ad Dan. ix. 24. Arg. 1691.
46. Regius Stranchius de computo sacro lxx hebdomadum Danielis Witeb 1695.
47. Herm. Christ. Engelkenius de luce in tenebris ^{1709.} ~~asciente~~ ad Hof. xiii. 9. Lips.
48. Gotth. Olearius de redemptione ex inferno et liberatione a morte
ad Hof. xiii. 14. Lips 1701. recens. ib. 1707.
49. Jo. Christi. Hebenstreitius de oculis regis Edomi combussis ad
Amos. 1. 1. Lips 1713. 4.
50. Jo. Frischmuthus de Harmonia Mich. 1. 1. et Matth. 11. 6. Jen 1662.
51. Joan de nativitate Messiae ad Mich. 1. 1. Jen 1661.
52. Lam. Leomanni de duplici Messiae oratione egresu
ad Mich. 1. 1. Bern. 1702.

53. Ab. zum Felde de uctu imaginum anti christians ad Hab. 11. 10. 19.
Kilon.
54. Christi. Friedr. Milichius de precibus angelorum pro nobis ad Zach. 4.
12. Lips. 1729.
55. Sam. Leemannus de psychopograpia Mesiae ad Zach. 11. 12. 13. Ann.
1702.
56. Pran de triplici coronâ Mesiae et Triplici Bern 1703.



EXEGESIS THEOLOGICO-PHILOLOGICA
 DUPLICIS MESSIÆ
 ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΥ
 EGRESSUS.

Mich.V.v.1.

Quam

Favente Deo Ter Opt. Maximo

Sub Præsidio

DN. SAMUELIS LEEMANNI

V.D. M. SS. Theologiæ in illustri Bernatum Athenæo

Professoris publici, p. t. Rectoris magnifici, Mæcenatis
 ac Præceptoris sui summò obsequio
 prosequendi

Publicæ ac placide disquisitioni subjicit

JOHANNES HERPORT. Hely. Bernas.

S. S. Ministerii Candidatus.

Author & Respondens.

Ad diem Januar. horâ locòque solitis.



B E R N Æ.

In Officina Typographica Illustris. Reipubl. Bernensis.

Per Andream Hügenetum. 1702.

Magnificentissimis, Nobilissimis, Amplissimis, Gravissimis, Generis splendore, pietatis ac eruditionis celebritate venerandis viris:

DN. Scholarchis, Augusti Senatus Academici Affectu-
toribus Dignissimis; Florentissima Scholæ Bern. Curatoribus fide-
lissimis, Mecenatibus, & studiorum suorum Promotoribus Clemen-
tissimis, toudem Patronis, humilimò obsequii cultu ad aras usque colendis:

in specie verò

Venerandis, Doctissimis atque Celeberrimis Dominis

DN. SAMUELI BACHMANNO, Ecclesiæ Bernensis Pa-
stori primario, Classis ejusdem Decano Reverendo, agnato suo nunquam non pluri-
mum honorando.

DN. SAMUELI LEEMANNO V.D.M. Theologiæ Elench-
ticæ Professore acutissimo, dignissimo; Præsidi suo plurimum Venerando.

DN. FRANCISCO STEIGERO V.D.M. Ecclesiæ Bernen-
sis Administro fidelissimo, ferventissimo, Affini suo observanter colendo, honorando.

DN. CHR. STOPHORO HARTMANNO, Pastori cœ-
tus qui Christo colligitur in Stettlen fidelissimo, Verbum Divinum *ἐξ ἑσπερίων*, Pa-
renti suo omni filiali amore colendo, prosequendo omni-que observantiâ honorando.

DN. VINCENTIO HERPORT in cœtu qui Christo in
Schöffland colligitur Verbi Divini præconi facundissimo, classisque Aroviensis Decano
Dignissimo, Patruo suo perpetim amando.

Ut &

Viris Consultissimis, præstantissimis, prudentia pietate ac eruditione conspicuis Dominis:

DN. ALBERTO HERPORT Reipubl. Bern. Ducentum-
Vito Xenodochii superioris præfecturâ summò cum applausu olim defuncto; Præsidia-
riorum nunc urbis militum Majori spectatissimo, Patruo suo singulari affectu ad cine-
res usque amando honorando:

DN. SAMUELI HERPORT Reipubl. Bern. Ducentum-
Viro, præfecturâ olim in Buchsee summo cum honore defuncto, Camera curando-
rum orphanorum congregatæ Præsidi laudatissimo, Patruo itidem suo jugi amore &
reverentiâ sibi prosequendo, colendo.

DN. NICOLAO ZÆHENDERO Reipubli. Bern. Ducen-
tium Viro' Expræfecto in Wimmis integerrimo, aequissimo; Avunculo ac Evergetæ suo
per omnem ætatem obsequiosè colendo, amando.

DN. SIGISMUNDO ZÆHENDERO Ducentum -- Viro
prudentissimo dignissimo; Avunculo ac Evergetæ suo ad cineres usque amando omni
observantiæ genere sibi prosequendo, colendo.

DN. ANTONIO TILLIERO Viro Juveni strenuo, per
quam eximio, virtutis ac eruditionis celebritate insigni, ad quavis præclara assurgenti,
Evergetæ suo jugiter colendo.

Dissertationem hanc in debita observantiâ pignus ac respectu submissè, D. D. offert

Joh. Herport SS, M. C. Author & Respondens.



PRÆFAMEN.

Arduum me moliri opus & abstrusa
 rimari abdita conscius mihi sum; lo-
 quor enim de *origine* ejus qui *origi-*
nem dedit omnibus quæ suam ha-
 bent *originem*; Ortum evolvero ejus à quo omnia
 ortum ducunt suum: Radicem, imò aridam
 stirpem quæro ex qua virga Isaj insolitò quo-
 dam modo propullulavit inque arborem toti
 fidelium orbi umbriferam excrevit, (*Ezech.*
17. 22. 23.) sanctissimi partus Mariani locum,
 sanctò hoc tempore, brevi descripturus sum
 dissertatione: Locus prædicto huic partui as-
 signatus erat Betlehem, hæc enim illa civitas
 fuit quæ sola Deo placuit ut in eadem Ver-
 bum caro fieret: מי ישקני מים מבאר בית לחם
 dicebat olim David 2. Sam. 23. 16. legimus ibi
 uti tres illi heroës præ reliquis in exercitu regio
 conspicui, venerint ad Davidem quando sta-
 tio

35
tio Philistinorum erat Betlehemi; Cumque desiderio motus David diceret; O si quis bibendam daret mihi aquam è cisterna Betlehemi, irruerunt tres illi heroës in castra Philistinorum, & haurientes aquam attulerunt eam ad Davidem, *at ille noluit bibere, sed libavit eam Domino &c.* Hinc quidam cogitant, non sitivisse Davidem aquam naturalem de cisterna Bethlehem, nimis enim hoc mollis animi fuisse (ajunt) sed recuperationem patriæ suæ quam philistæi cæsò Saule invaserant & validò præsidio detinebant; Alii verò ex veteribus de mystica sitis Davidicæ significatione hîc cogitant, dicentes desiderasse Davidem mysterii redemptionis nostræ complementum per effusionem satisfactoriam sanguinis Christi è Betlehem nascituri; pia saltem cogitatio est; Expetamus etiam à fonte hoc salutis aperto domui Davidis salubres illas aquas; piâ nobis recolendû memoriâ temp' quò Christus unigenitus æterni patris Filius omnis gratiæ salutiferæ Autor in carne innotescere nobis voluit. Recipiamus nos ad ipsum devotò cum Magis ipsum veneraturi homagio, ne cum Judæis ipsorumque sacerdotibus ac legis peritis ad sibi suoque in gremio exortum vitæ solem
stupen-


stupendum in modum cæcutiamus : Adfis
nobis, benignissime Deus, ac clementissime pa-
ter gratiosâ spiritûs tui illuminatione quâ tan-
quam prævia stellâ Christum Regem nostrum
invenire, inventum cum exultante Simeone
sincero amore amplecti queamus & apti fia-
mus ei dare omnem gloriam & honorem
in æterna sæcula!



A 3

EXE-

5



EXEGESIS
 PHILOLOGICO THEOLOGICA
 DUPLICIS MESSIÆ
 Θεωντορωττα
 EGRESSUS.

Mich. V. 1.

ואתה בית לחם אפרתה צעור להיות באלפי יהודה ממך לו יצא
 להיות מושל בישראל ומובאתיו מקדם מימי עולם:

I.



Ostquam Pompejus Imperii Romani, (cujus populus, quod nemo ignorat, animum habuit bellicosum, imò armis unicè incrementum debebat suum validum illud imperium) pomœria, regiones & populos perdomando imperiòque Romano adjiciendo, eò usque dilatasset & extendisset, ut bile ipsi ab Aristobulo motâ, exercitum ad Hierosolymam duxerit, captisque Hierosolymis tributo eam subjecerit, adimpleri cœpit, quod in Colosso Nebucadnezaris per crura & pedes adumbratum fuit, materia ex qua constat pars Imperium Romanum delingens ferrea est; In hâc rerum mutatione cardo Reipublicæ

publicæ Judaicæ planè aliter vertitur; *Collabitur tentorium Davidis*, Amos, 2, 11. Sunt sub imperio quod durum ut ferrum; Dan. 2, 40. *Opprimitur & affligitur Heber*, Num. 24, v. 24. *Alius gladius stringitur, prior exiit Babylone, & rediit Babylonem*, excidit primò Hierosolymam, deinde ipsos Babylonios; Gladius hic acutior & politior priore; Ezech. 21, 8. Mich. 4, 9, 10. Ezech. 21, v. 14. *Egrediuntur equi illi rufi & sanguinolenti*, Zach. 6, v. 7. *Quæsiuerunt perambulare terram, terram nimirum Canaan; Imò evocantur per Prophetam nostrum*; Sic enim Michea v. ult. cap. 4. hostes Judæorum ad bellum excitando alloquitur: Dicit enim; *עתה תתגורדי בת - גרור*; *Nunc ducta legiones, filia legionum*; Videbatur, Judæos illò tempore pace fructos esse, & omninò prosperè agere; Post exantlatam enim captivitatem Babylonicam propagata & amplificata fuit Israelitarum gens & respublica, imò ex historia liquet ipsorum res successu felici non caruisse, & Israelem ex calamitate captivitatis Babylonicæ vindicatum & assertum floruisse, & expertos esse favorem dominantium & principum; Tales promissiones ipsis Judæis faciebat ipse Propheta noster in hujus cap. v. 11. 12. 13. Imò subjugaverunt gentes vicinas, ita animati & roborati circumjacentes sibi populos subjecerunt, triturarunt; Post hæc tempora tamen in novas angustias perventura erat Zion carnalis per aliud hostium genus, qui indignantur nomine בת - גרור filia legionis i. e. urbis & reipublicæ suas undique legiones mittentis; Ordo Prophetiæ permittit ut intelligantur legiones Romanæ, quæ urbem sanctam ante Christi natiuitatem occuparunt, & Judæam undiquaque ferè cinxerunt; Præparatio quasi fuit iudicii in Judæos re-

belle

belles, de quo Propheta dicit. v. 2. cap. 5. Miser status ille in quo tunc versabantur, misera conditio & calamitosa quæ ipsos ablatô sceptrô è medio ipsorum tan-gebat; Verùm, dùm hæc imminabant, Messia exhibitionem proximè futuram esse ipsis cogitandum fuisset, eumque juxta oracula prophetica nasciturum regnumque suum dignitate domûs Davidicæ imminutâ in Israele orsurum; Et certè promissio, quâ Ecclesia denunciatione gravium judiciorum & privatione potestatis regis consternata, novi dominatoris & judicis annunciatione rursûs erigebatur opportuna & consolatoria valdè erat; Is Judex autem Israëlitis quis sit, & unde oritur, in illustri illô, quod in initio cap. 5. Prophetiæ Michæ legitur & præsentis disquisitionis subjectum erit, vaticiniô manifestè describebatur.

§. II.

Tempus *φανερώσεως* τῆς Μεσσίας ex Scriptura V. T. prophetica in hæc re uberrimâ, signa Messia exhibendi indaganti & perscrutanti satis constare poterat; Modum ejus mirabilem jam Esajas olim prædixerat; Locum autem, quippe ex quo ortum duceret suum nos-ter Micha solus definitè indicavit; Ex te prodibit futurus ille Judex Israëlitis; ואתה בית לחם אפרתה צעיר לחיות באלפי יהודה - ממך לי יצא לחיות מושל בישראל: Initio hujus cap. illustrem de nativitate veri Messia in V. T. promissi & à piis expectati prophetiam extare inter Christianos, imò Judæos quoque in confesso est; Id enim Christiani eorumquè Interpretes credunt, uno quasi ore affirmant omnes, veritatem promissionis divinæ demonstratam

stratam fuisse clamant, nisi fortè excipias, quod mire-
ris, Commentatorem S. Scripturæ insignem, virum
dere & veritate Christiana benè meritum, ob nutatio-
nes tamen & fluctuationes in religionis negotio non ex-
cusandum, cui interpretatio, quæ leniri vel admitti non
potest, quippe quæ adstruit hæc de principe & duce
Israëlis Zorobabele intelligi & ad eum referri posse,
excidit: Neque enim Bethlehemi natus, quod (vel
nomen ejus infert,) fuit, neque prærogativa Bethle-
hemi, (qualem tamen & quidem eximiam Propheta his
verbis illi tribuit) particularis fuisset, si Zorobabel ex
familia Davidis & Bethlethemo oriundus fuisset, neque
prædicata textûs posteriora, ומוצאתי מקדם מימי עולם
id ferunt, deinde etiam, ordinem Prophetiæ ultra
ipsius tempora multùm decurrissè dici potest; Illa por-
rò sententia ut Judaizans in Concilio Constantinopoli-
tano V. jam rejecta fuit (ut in Criticâ S. annotatis ad
hoc caput refertur.)

§. III.

Res autem cùm per se clara & indubitata ac in-
concuſsæ veritatis est, tùm etiam certior fit exinde,
quòd tempore Christi à Synedrio Judæorum hoc di-
ctum sic intellectum fuisse testatur Evangelista; Ita
enim primarii Sacerdotes ac Scribæ ab Herode magno,
qui à Magis regem Judæorum natum esse subaudive-
rat, consulti de loco Messiæ natali hoc vaticinium al-
legantes de Messia id exposuere,

§. IV.

Dictum fuit supra in fine th. I. Solamini fuisse
B Ecclesiæ

Ecclesiæ Judaicæ haud exiguo, quòd Propheta illi ceu
 abjectæ & oppressæ, omni dignitate, potestate regiâ
 & splendore regiò exuræ & privatæ annunciatione
 judicis & novi dominatoris spem fecerit, imprimis au-
 tem & singulari modò prophetia hæc familiæ Davi-
 didum, iisque qui de domu Davidis orti & prognati
 erant, magno solamini singularique spei inservire po-
 terat; Quibus enim, quæso, promissio, de dominato-
 re & judice ex tribu Juda oriundo, (quanquam non ven-
 turus erat ad capeffendum regnum quod terrenum fo-
 ret, sed ad quærendum & colligendum perditas & er-
 roneas oves Israelis) majori gaudio, solatio, speique
 cessit, majoremque causam fidem de Messia exhibendo
 corroborandi suppeditare potuit, quàm iis, qui, etsi
 tunc temporis humilem in statum redacti, olim tamen
 profapiâ regiâ, regno, potentiâ, opibus, jure regni
 tam successiois, quàm promissionis titulò, de excitando
 ex renibus Davidis dominatore, & sessuro in folio Davi-
 didis; Pfal. 132. 11. 2. Sam. 7. 12. Luc. 1. 32. 69. titulò
 gavisif fuère; Idcirco Propheta noster Bethlehemita-
 rum urbem, Davidis locum natalem, metonymiâ quâ-
 dam quâ urbs appellatur pro civibus & habitatoribus
 illius, sic alloquitur; Et tu Bethlehem Juda parva ut
 sis, in millibus Judæ, ex te mihi prodibit, qui sit do-
 minator in Israële &c. Itaque disertè nobis ortum Mes-
 siæ pandit, eumque ex Bethlehem Juda oriturum esse
 affirmat & prædicat.

§. V.

Causa, propter quam Theologi Orthodoxi verita-
 tem de duplici in Messia *ἑκαστῶν* natura divina & hu-
 mana

mana contra varii generis hæreticos, modò divinam ab humana, modò humanam à divina divellentes & lacerantes, acriter defendunt, est, quòd passim in S. Scriptura Mediatorem nostrum Christum Jesum, Θεάν-
 Ἐρωπων modò ab hac modò ab illa denominari legant; Ita in S. Literis eum appellari legas, semen mulieris, nihilominùs caput serpentis contriturum, Gen. 3, 15. mox צור rupem salutis, & tamen ignominiâ affectam ab Israële, וינבל צור ושעתו Deut. 32. 15. mox Dominum Davidis, & Filium ipsius Pl, 110, 1. Matt. 22. v. 42-46. alibi צמח יהוה & פרי הארץ Esaj. 4. v. 2. נצר & שרש ושי Esaj. 11. v. 1. & 10. מושרשיו Esaj. 7. 14. מושרשיו Jer. 30. 21. מושרשיו - עבר Esaj. 49. 7. Ita Propheta noster Messiam καὶ Μεσίτην ἡμῶν, ut ortum suum ex Juda habentem natumque Betlehemi, cujus tamen egressus מושרשיו, מימי עולם, ab initio, à diebus sæculi, describit; Talis nimirùm nos decebat Pontifex, Μεσίτης, ἕργου, Heb. 7. 22. σωτήρ, qui verus quidem homo esset, ac perfectè justus, & tamen omnibus creaturis potentior, h. e. qui simul etiam esset verus Deus; Quæst. 15. Catech. Palat. Tantæ molis id opus fuit; Deus eum excogitare & seligere, admittere & mittere debet; Requisita enim, ut persona idonea censeatur, erant, ut esset 1. Sui juris, 2. suæ sufficientiæ conscia, 3. nobis propinqua, 4. ut haberet jus accedendi ad Deum; Heb. 5. 1. 5. tantæ virtutis ut esset atque eminentiæ ut dominari queat iis, quos sponsione sibi obstringit; Quæ cuncta simul non cadunt nisi in Θεάν-Ἐρωπων, nisi in eum qui est Immanuel, ὁ λόγος, λόγος τῆς ζωῆς qui est ἀπ' ἀρχῆς. Joh. 1. 1. 1. Joh. 1. 1. 2. 13. qui habet egressiones æternas, h. e. est Filius Dei æternus, & nascitur & fit homo in tempore. Gal. 4.

56

54

5

§. VI.

Jam autem Propheta Mediatoris personam ita describens duplicemque ducis Israelis ortum commemorans. I. Egressus temporalis, utpote ad consolationem Ecclesiæ Israëliticæ imprimis facientis, mentionem facit; II. Egressus alicujus tempore vaticinii jam præteriti meminit, quando dicit: ומוצאתו מקדם מימיו עולם:

§. VII.

Prior exprimitur his verbis Prophetae, q. d. ואתה ביתלחם אפרתה צעיר לחות באלפי יהודה ממך לי וצא לחות: Hic Not. א. Compellationem, quâ quid compellat Propheta; ב. prædicata duo quæ rei compellatæ tribuit eique conveniunt: In compellatione rursus not. 1. Locum, quem Propheta compellat, 2. Situm illius loci; Locus est Betlehem, q. d. ואתה ביתלחם (Præponit pronomen quod est in g. honoris gratiâ, cum alioquin urbium nomina fœminina esse soleant;) Nomen primùm celeberrimi oppiduli & loci nativitatis Christi dispiciemus, deinde ejus interpretationem vi etymy; Vocatur id בית לחם quod nomen decies & quater in Scriptura S. occurrere notat Ben. Arias Montanus in scripto cui titulum fecit, Chaleb, extante Tom. VIII. B. R. Plura verò loca suppeditant concordantiæ; Derivari item illud à בית & לחם ut indicetur, domus panis, palam est: Ita בית און, בית בעל, Beth Aastaroth &c. in simili vocum combinatione dixere Hebræi; Hebræum vocabulum, quoad id fieri potuit, græcis literis expresserunt LXX. & N. T. Scriptores, quando Βηθλεεμ dixerunt: Latini το η in לחם non planè abolentes, sed inserto
H ut-

H utrunque repræsentantes dicunt Berlehem, id quod
græcæ scripturæ ratio in medio dictionis vulgò non ad-
mittit, sed græcus ex more suo id negligit; Sic ex græco
Αβραάμ Latinus faciet meliùs Abraham quam Abraam,
cùm ipse Deus eum non Abram sine aspiratione sed
אַבְרָהָם voluerit appellari: Gen. 17. 5.

§. VIII.

Cùm autem regio Berlehemiticæ fertilissima fuerit,
à loci fertilitate ipsa civitas nomen accepit, & vocata
fuit בית לחם, domus panis; LXX. habent in Versione
suâ; Καὶ οὐ Βιθ λέϊμ οὐκ ἔστι ἐφραΐθα &c. (Legendum
sine dubio, οὐκ ἔστι ἀπὸ ἐφραΐθα) Veteres autem simplici
vocis Etymologiâ non contenti, mysterium in eodem
quærent; Communis eorum annotatio est, locum illum,
Berlehem dici, quòd vivus panis, qui de cælo descendit.
Joh. 6. 51. in hâc civitate nasci debuerit; *Simili allegoriâ
illustrare historiam de Messia recens nati, quem pastores Ber-
lehemitici in præsepi positum invenerunt, consortio bovino &
asinino; Ad præsepe illud bos & asinus alligati fuere, ut ri-
gor hyemis halitu ipsorum imminueretur; Præsepe quod qui-
dam nomen divensorii fuisse affirmant bestiarum est domus,
in quâ verbum nascitur, ut cognoscat bos possessorem & asi-
nis præsepe Domini sui; Bos autem est Judæus legi subjugat-
us, asinus verò animal oneribus ferendis aptum; Gentilis sub
gravissimo idololatriæ jugo gemens; Ordinarius autem bru-
torum animalium cibus est sænum, idcirco in præsepi ubi pa-
bulum brutorum poni solet, panis vita, qui de cælo descendit,
proponitur; Equidem nihil impedit, quò minùs providen-
tiâ divinâ hoc nominis illi loco impositum fuisse dicatur
Cæterùm placet B. Chemnitii ἐπιτομῆς Harm. Evang. C. VIII.*

56

54

5

modestissimè addita; Conjectura tales, si sobriè usurpantur, sicut non odiosè exagitanda, ita nec temerè asseveranda pro dogmate, nec opus est dubia & incerta, licèt speciem aliquam verissimilitudinis habeant curiosius consèctari, cùm in illis evolvendis quæ Spiritus S. per Evangelistas literis commendavit, utiliùs operam collocare possimus.

§. IX.

Situs urbis vel regio ejus indicatur adjectione vocis, Ephrata; אפרתה Distinctionis causâ ita appellatur; Oportet enim nos distinguere intèr duas ejusdem nominis civitates (Ut Interpretes hîc monent.) Neque enim patria Messîæ tantùm, sed & aliud oppidum ab illa multùm distans Betlehem vocatur; Ad evitandam confusionem, in Scriptura, civitas de quâ in præsentî agimus, בית לחם אפרתה, geminatâ significatione fertilitatis agri Betlehemitici vocatur; Ephrata enim inquit Hieron. ad Mich. V. 1. in lingua nostra sonat καρποφόρον, urbem atque frugiferam terram & id ipsum ostendit in Mysterio quod בית לחם domus panis: Radix vocis erit פרה quæ fructum ferre significat. & in benedictione Creatoris פרו ורכו ingeminantis sæpiùs usurpatur; Ita enim nonnunquam solent Hebræi per additionem תס א voces à radicibus suis deducere, (ut id quàm plurima probant exempla:)

§. X.

Distinguitur ergò hac adjectione ab alia hujus nominis urbe, ut & glossatores Hebræi annotant; Sic enim addit Kimchius in margine textûs; אמר אפרתה לחודי, איוה Et dicit Ephra-

Ephratah ad indicandum quenam vel ubi sit illa Betlehem;
Et ita legitur (nempe de Jacobo) & sepelivi eam (nempe
Rachelem) ibi in via Ephratam versus; quæ est Bet-
lehem; Ita & Jarchius; וּבֵית־לַחֵם קְרוּיָה אֶפְרַתָּה & Betle-
hem vocata est Ephratah; שנאמר בדרך אפרתה היא בית לחם;
quia dicitur in via Ephratam versus, quæ vocatur Betle-
hem. allegans eundem locum, Gen. 48. 7. Hæc ergo
est Betlehem quæ geminatâ significatione fertilitatis il-
lius regionis Ephratah dicitur; Non equidem me fugit
quosdam velle regionem illam Betlehem vocari Ephra-
tah ab uxore Caleb altera, quam post mortem Asubæ
duxit, ut legimus 1, Par. 2. 19. sed antiquior mihi cum
B. Glassio Phil. S. lib. IV. p. 812. videretur illa denomina-
tio quàm quæ à Caleb deduci queat, si conferamus Gen.
35. 19. & 48. 7.

§. XI.

Alterâ ejusdem nominis civitas sita fuit in sorte
tribûs Sebulon, non procul à Bethulia & mari Galileæ,
cujus mentio fit Joh. 19. 15. Atque ex eadem civitate
oriundum fuisse Ibzan Judicem Israëlitarum numerosâ
prole insignem putant nonnulli, quamvis alii Patriam
ejusdem Bethlehem Judæ fuisse velint; utra senten-
tia vera sit, parùm interest nosse; In Scriptura certè
indefinitè dicitur מִבֵּית לַחֵם אִבְזָן Jud. 12. 8. Unde pro
neutra opinione indubitatò decidi potest, nisi quis Beth-
lehem Galileæ inferioris intelligi, ex eo conjectare ve-
lit, quòd successor Ibzan, nempe Elon Sebulonita
fuerit & probabiliter Ibzan tribulis; Judæorum verò
traditio quâ Ibzan fuisse Boos, maritum Ruth, abavum
regis David, commentantur, minùs probabilis est,
quamvis enim eosdem ferè coætaneos fuisse usquè adeò
impugnari

impugnari non possit, reliquæ tamen circumstantiæ id nequaquam admittere videntur:

§. XII.

Alia ergò est Bethlehem Ephratah ab ea quam in tribu Sebulon sitam fuisse, dixi; Hinc cives ejus non tantùm dicti Bethlehemitæ; 1. Sam. 17. v. 58. sed etiam Ephratæi à regione v. 12. Ruth. 1. 2. qui tamen distinguendi ab aliis Ephratæis, h. e. Ephraimitis; Jud. 12. 5. (Unde Isai, qui 1. Sam. 16. 1. vocatur בית הלחמי non tantùm dicitur cap. 17. 12. אפרתי sed additur etiam ibidem; וזה מבית לחם יהודה) Caterùm quamvis ratione splendoris cum aliis Palæstinæ locis vix comparari potuerit, veri nominis tamen civitas nihilominùs fuit, cùm civitas definiatur quòd sit civium vitæ generibus ac muneribus distinctorum ad unam Reipublicæ societatem conjunctio, qualis certè in loco quò natus est Christus, obrinuit; Civitatem etiam urbicam vocari potuisse, ex eo quod inter ערי מעצרות Juda & Benjamin referatur. 2. Par. 11. 6. videtur. Sequentibus autem temporibus Nebucadnezare Palæstinam invadente devastata fuit, quæ devastatio cùm perpetua esse non debuerit finienda Cyri temporibus, exules quoque Bethlehemum reversi sunt, uti legimus Neh. 7. 26. à quibus procul dubio oppidum illud, quoad id temporum patiebatur ratio restauratum fuit, ut Messiæ suò tempore exhibendo incunabula præbere possèt sua.

§. XIII.

Quia tota terra Canaan regio fuit melle ac lacte
fluens,

fluens, adeoque fertilis, prærogativa hæc etiam huic
Betlehem Ephratæ concedenda; Imò loci fertilitas
occasionem ibi locorum urbem ædificandi suppeditasse
videtur; Accedebat forsàn & loci amœnitas; Distare
ab Hierosolymis dicitur nonnisi unò milliari Ger-
manicò, vel ad maximum sesquimiliari, uti uno quasi
ore referunt qui illas regiones describunt. In meditul-
lio quasi totiùs Palæstinæ à quibusdam ponitur; At mit-
to fabulam de centro mundi in Palæstina conspicuo;
Hierosolymam in medio Orbis sitam esse nonnulli opi-
nabantur; Ineptè enim centrum corporis rotundi in
superficie convexa ejusdem corporis quæritur.

§. XIV.

Præter hoc nomen aliò quoque nomine in Scriptu-
ra insigniri solet Bethlehem Ephrata patria Salvatoris;
Luc. 2. v. 4. vocatur πόλις Δαβιδ, civitas David, ideò
quòd in ea urbe David cum antecessoribus suis natus
& educatus sit; Unde civitas ipsa totiùs regiæ & Davi-
dicæ stirpis seminarium & communis patria dicitur, imò
præ reliquis familiis, quæ in civitate Bethlehem celebri-
tatem nominis nactæ sunt, excelluit Davidica, utpote
è qua Christus secundùm carnem in plenitudine tempo-
ris nasci debuit; Itaque vocatur civitas Davidis, & Bet-
lehem Juda, quia quando terræ sanctæ inter tribus Israë-
litas per κληρονομίαν partitio facta fuit, ager Berlesemi-
ticus tribui Judæ cessit eique assignatus fuit; sed mirum
profecto est, quòd Berlehemi in catalogo civitatum tri-
bus Judæ nulla facta sit mentio; Nominatur equidem
Betlehem Jos. 19. 15. At diversa hæc civitas à Messia
patria est, cum inter possessiones tribus Sebulon recen-
C sca-

featur; Tribus Judæ autem possessio quando Jos. 15. describitur, alium est de Betlehem silentium; Videtur tamen illius urbis imprimis, si ullius urbium tribus Judæ, mentionem faciendam fuisse expressam, quia debebat esse locus nativitatis Messie designatus posthabitis reliquis Judæ civitatibus, imò ipsâ Metropoli Hierosolymâ; *Sunt qui putant, locum ex Jos. 15. Betlehemum exprimentem malitiâ Judæorum erasum fuisse, ne Christus de tribu Juda ortus videretur, quia LXX. Interpretes Betlehem possessionibus tribus Judæ accensent & annumerant; Legimus enim juxtâ memoratos Interpretes Joh. 15. 60. ubi tribus Juda urbes & oppida describuntur, inter cetera etiam hoc scriptum; Θένω, καὶ Ἐφραθά (αὐτὴ ἐστὶ Βηθλεέμ καὶ Φαζάρ, καὶ Αἰτάν, καὶ Κελόν, καὶ Τατάμ, καὶ Θωβὺς, καὶ Καρέμ, καὶ Γαλλεέμ &c. Quæ nec in Hebraico textu, nec apud alium Interpretem, (quòd sciam) inveni; Unde notatum fuit aliis, addita hæc fuisse à LXX. Interpretibus; Sed Resp. Alias quoque urbes tribus Judæ Jos. 15. omissas fuisse, tres nimirum illas urbes sacerdotales, quas filiis Ahron sacerdotis tradidit possidendas tribus Juda: Vid. Jos. 21. v. 14. 15. 16. Deinde à veritate non multum aberraret, qui diceret memorari tantum Urbes principales quæ tribui Judæ sortito obtigèrunt, urbesque confiniò ac terminò urbium peregrinarum limitatas; (Alias rationes discursui disp. reservo.)*

§. XV.

Prædicata, quæ de hac urbe Betlehemitarum affirmat Propheta, duo sunt; quorum prius exiguitatem fortis ejus, ut omnis superbiendi ansa ei præripiatur, indicat; alterum, ei gloriosum est; Prius itaque prædicatum

tum sic sonat ; יהודי בארץ יהודה ; Chaldaeus παρ
 ραφράζει יהודי בארץ יהודה ; In codicibus
 LXX. hodiè legitur ; Ὀλιγὸς ἔστι τεῖς ἐστὶ ἐν χιλιά-
 σιν Ἰσραὴλ ; At Matth. 2. 6. Verba Prophetæ hoc modo al-
 legata legimus ; Καὶ σὺ βηθλέεμ γῆ Ἰσραὴλ, εἰδὰμῶς ἐλα-
 χίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιw Ἰσραὴλ &c. Unde Interpretes sollici-
 ti sunt quâ ratione Micheæ verba rectè explicent &
 cum iisdem Matthæi allegationem concilient, simulque
 perfidis Judæis contradictionem sancto Evangelistæ ob-
 jicientibus respondeant ; Fuisse tempore Hieronymi,
 qui errorem sive à Judæis paraphrastis sive à scriptori-
 bus N. T. commissum esse putarint, patet ex Hier, an-
 not. ad locum ; Arbitror (ait) Mattheum scribarum & sa-
 cerdotum erga scripturam divinam negligentiam arguere vo-
 lentem, sic etiam posuisse, ut ab iis dictum est. Sunt autem,
 qui asserunt, si error in testimoniis ex V. T. cit. sit talis ut aus-
 ordo mutetur, aut verba, vel interdum sensus ipse diversus sit,
 scriptoribus N. T. adscribendum esse, testimonia non ex libro
 carpeniibus, sed memoria qua nonnunquam fallitur, creden-
 tibus ; Violenta explicatio ; Enimverò quomodo sic Ju-
 dæis respondeatur, non liquidò cognoscitur ; nodus
 enim non solvitur, sed secatur pessimò conatu, quoad
 nimirum posteriora verba, cum iisdem infallibilitas,
 scriptoribus S. ex immediata θεοπνευσία promanans de-
 negetur,

S. XVI.

Missâ ergò allatâ verborum Mich. & Matth. cōn-
 ciliatione alia erit quærenda ; Erasmus in Annot. hy-
 perbolicè verba Prophetæ explicanda esse vult hoc sensu ;
*Adèd quidem exigua es & parva civitas, ut ne minima qui-
 dem vocari propemodum possis, inter principes Judæ ;*

C 2

inde

inde ac si rem supra modum contemptam ac extremæ
 notæ negemus esse in rerum numero ; Fr. Gom. juva-
 ri ac corrigi nonnihil posse conjecturam Erasmi putat,
 ut expressior sit convenientia, si etiam sine hyperbo-
 le exponatur, ut Michas ita explicetur, *parva es, seu*
minor es, quàm ut sis inter duces Judæ; ita eodem mo-
 do ab aliis explicatur comparativè, ac si sensus foret;
 Tu Bethlehem minor, quàm ut sis in millibus Judæ,
 At sic negari videtur fuisse in millibus Judæ; Obstant
 adhuc verba Prophetæ affirmantis: Obstat scopus E-
 vangelistæ qui non contemnere sed commendare vo-
 luit civitatem: obstat particula *ἀπιλογικῆ γὰρ*, quæ
 uti explicari queat hoc sensu obtinente, non liquet:
 Quod quidam putant Matthæum secutum esse LXX.
 Interpretum Versi; prout eadem suo extabat tempore,
 (olim enim illam negativè habuisse *ἐκ ὀλιγοῦς εἶ*) in-
 certum est, ut taceam tales codices in quibus negativa
 invenitur, *νοθεύσεως* suspectos esse, dici posse: Nec as-
 sentior textum depravatum fuisse dicentibus, eumque
 pro *עַיִן לְהוּיָא* legendo *לֹא הוּיָא* corrigentibus.

§. XVII.

Verba Hebræa, *עַיִן לְהוּיָא* interrogativè accipien-
 da esse communis quoque est sententia; Hoc sensu;
 Adeone igitur parva es? ut non possit, ex te, O Beth-
 lehem prodire Messias? &c. ut *η* interrogativum desit
 hoc loco; Exempla sunt 2, Sam. 18. 29. Ps. 121. 1. &
 sapiùs desiderari Drusius in libello de literis *Mosche Ve*
Caleb, annotat; Talis autem oratio æquipolleret tex-
 tui Evangelistæ q. d. *ὄρα μὲν ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς &c.*

§. XVIII.

§. XVIII.

Multis quoque Interpretibus placet sententia eorum, qui τὸ ἱγγ non nominaliter, sed adverbialiter explicant; ita A. Osiander vertit parum est, ut sis in millibus Juda; Non aliena à scopo hæc explicatio esse videtur, neque incongrua est, nisi quòd illud vocabulum ἱγγ pro adverbio accipi, notantibus Philologis ex usu non sit.

§. XIX.

Quare ut sciamus tandem, quo sensu civitas Bethlehem ἱγγ à Michea, ab Evangelista Matthæo autem ἐδ αμῶς ἐλαχίστη vocari videatur, scopus, quem uterque intendit, animad vertendus erit; Mâtthæi enim capite 2. v. 6. sensus loci Prophetici magis quàm verba syllabatim adducuntur; Unde negativa ἐδ αμῶς adjecta non multùm facit difficultatis, nam & Dei apud Prophetam mens est extollere Bethlehemum, illique insignem prærogativam tribuere; Majorem adhuc ei tribuere poterat Evangelista, natò quippe Christò Prophetiæ complementum respiciens.

§. XX.

Atque ita perinde quoque erit, quomodo ἱγγ accipiatur, an de ipsa Urbe, an verò de dignitate qua referebatur inter duces Judæ; (Chiliadibus enim sui erant ἀρχοντες præfeti, quemadmodum etiam centuriis, decuriisque. Vid. Exod. 18. 25. Unaquæque Chilias suum habebat Chiliarcham, qui pace ac bello præerat;

erat; Distributionisque illius, ut Cl. Altingius anno-
tat, usus, civilis fuit, ad judiciorum nimirum commo-
ditatem, & militaris, quando enim in bellum eundem
pugnandumque fuit, quivis jungere sese, tribus sua co-
hortibus ac legionibus debebat; Posteriori jam sensu
admisso, sensum, qui quadrer, talem fundit; Parvum
est, ut sis in millibus Judæ, כאלפי יהודה, atque tunc
non exiguitatem urbis, sed exiguitatem illius privile-
gij, (recenseri nimirum inter millia Jehudæ) respicit;
Notandum hinc verò Autorem Hackspanio, Hebræos
aliosque Orientales carere Neutrò, unde nunc Masc:
nunc Fœm: in illius locum substituunt Hebræi: Vid. 1.
Reg. 10. 15. Mich. 3. 9. analogum his est 1. Sam. 18. 23.
Nec quicquam adversus eam sententiam facit, quòd
nullibi eo sensu accipiatur, cum plura sint, quæ semel
tantum occurrunt; Exiguitas igitur hoc modo innuitur
illius privilegij; Quasi dicas; Parum est ut sis כאלפי יהודה
(cum tamen invalidus censeatur χιλιάρχων tuus sive
ηγεμών, vereque de tuâ tribu, quod de sua olim tribu
dixit Gideon Manassica, הנה אלפי הרה Jud 6. 15. dici
possit) Ego te longè celebriorem faciam, quàm ut in-
ter alia oppida tribus Judæ quasi delirescas; Nobilita-
bò te nativitate Filii mei unigeniti; Te enim nominis
celebritate illustrem admodum efficiam; Si enim mag-
norum virorum nativitas patriæ ipsorum splendorem
conciliat, quantò celebrior fiet Berlehem, quæ nativi-
tate Filii Dei fiet illustris; Quasi dicat; Minus est quàm
ut αξιώματι tuo, dignitati tuæ respondeat, quòd in Chi-
liadibus Judæ computeris; Longè majus est tuum axio-
ma propter proditutum ex te Messiam &c. Parvum,
pauillum tibi, ut ita recensearis in illis Chiliadibus.
Habeo de te, O Berlehem, dicendum, rem magis illu-
strem

strem, quam proponit in verbis seq. quæ continent singulari promissionem factam civitati Betlehem, q. d. מִמֶּךָ לִי יֵצֵא לְהוֹיֹת מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל Ex te (ô Betlehem) mihi prodibit (Judex) ut sit dominator in Israël,

XXI.

Alterum hoc jam est prædicatum quod de civitate illa Betlehemitica affirmat Propheta; Hic dici potest, quod olim Propheta David de Hierosolyma dicebat Psal. 87. 3. מִן הַיְּמִינִים נִבְרָרְתָּ מִן הַיְּמִינִים גְּלוֹרְיֹסָא de te prædicantur, ô civitas Dei! מִלִּין רִיקָר אֶתְמַלֵּל עֲלֶיךָ verba pretiosa de te dicuntur; Seorsim hic considerare lubet: *α.* Personam oriundam; *β.* Ortum ipsum; *γ.* Cui oriatur; *δ.* Officium quod geret, quodque finis rationem habet. Persona oriunda expressis verbis non indicatur, manifesta hic videtur ellipsis vocabuli (Judex) ille virgâ à rebelli Israël in maxillam ferendus; Ille Judex, mihi. (loquitur enim procul dubio Deus Pater) egredietur; Messias igitur, qui est judex ISRAELIS, non abnuentibus ipsis Judæis, quanquam Jesum Nazarenum esse illum Messiam, divinumque hoc oraculum ac vaticinium in iplo suo gaudere implemento, pernegent & evincere satagant, vaticinii hujus promissionisque palmarium est argumentum; Commentatorum enim Hebr. præcipui de Messia hic loqui Prophetam confitentur; Kimchius expressè sic interpretatur: מִמֶּךָ לִי יֵצֵא שׁוֹפֵט לְהוֹיֹת מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל וְהוּא מֶלֶךְ הַמְּשִׁיחַ *h. e. ex te mihi prodibit (judex) ut sit (enim Latiniùs vix exprimas) dominator in Israël; sic Farchius; מִמֶּךָ לִי יֵצֵא מְשִׁיחַ בֶּן דָּוִד R. Abarbanel verba Prophetæ sic παρὰ τοῦ θεοῦ ἡ εἰς ἐμὲ ἔρχεται καὶ ἐγὼ ἔσομαι ὡς ὁ κύριος ἐπὶ τὸν λαόν σου*

ערו יהודה עם כל זה ממך לי יצא מי שיהיה מושל בישראל
 וְהוּא מֶלֶךְ הַמְּשִׁיחַ אֲשֶׁר יִמְלֹךְ עֲלֵיהֶם *Quaquam urbs hac par-*
va fuerit habitatione & populo ratione reliquarum urbium
Juda, nihilominus ex te prodibit mihi qui futurus est do-
minator in Israele, videlicet Rex Messias, qui super eos reg-
nabit. & c.

§. XXII.

Ortum ipsum exprimit Propheta vocabulô יצא
 significatur egressus ex Betlehem, quia dicit, מִמֶּךָ
 ex te mihi prodibit, ut dubium non sit, quin denotetur
 nativitas ex Maria virgine; Vocabulum autem יצא
 passim alibi ad nativitatem significandam applicatur;
 Gen. 35. 11. ומִלְכִּים מִחֲלָצִיךָ יֵצֵאוּ Gen. 10. 14. Job. 1. v. 21.
 1. Chron. 2. 53. Gen. 25. 25. 26. Exod. 1. 5.
 יֵצֵאוּ יִרְדְּךָ יַעֲקֹב : Sic Jeremias de suâ nativitate lo-
 quens מוֹשְׁלוֹ מִקְּרֹבוֹ יֵצֵא Jer. 20. 18. לְמָה זֶה מִרְחֹק יֵצֵאתִי
 Jer. 30. 18. Sic igitur egressurum affirmat Michas Mes-
 siam ex Betlehem h. e. ex virgine, de qua Esajas præ-
 dixerat, intra limites Betlehemi pariturâ; Egressum
 etiam per nativitatem intellexêrunt scribæ & sacerdo-
 tes populi Judaici, qui ab Herode interrogati; *πῶς ὁ Χρισ-*
τὸς γεννᾶται? unanimiter respondêrunt; *ἐν Βηθλεὲμ*
τῆς Ἰσραὴλ; Nascitur jam in Betlehem locô abjectô &
 humili, qui fuit in sinu Patris & est Pater æternitatis
 עֲבֵי-עַד Ef. 9. 5.

§. XXIII.

Cui oriatur Messias, ac Mediator, de cujus ortu
 promissio hîc fiebat, ostendit vocula לי Mihi; Pro-
 dibit

dicit Mihi (inquit Deus) Judex , quī sit dominator
 in Israele ; Messiaē egressus ex Berlehem per nativita-
 tem humanam factus est *propter Deum*, propter ejus bo-
 nitatem ac veritatem , ut gloria ejus patefiat ac manife-
 stetur , ut promissionibus Dei de Messia suo tempore
 mittendo ac revelando per implementum sua esset cer-
 titudo ; Num. 23. 19. Messiam ex Davidis posteritate
 proditurum Deus olim promiserat. imò se adducturum
 servum suum GERMEN, מביא עבד צמח Zach. 3. v. 9.
 Est igitur Jehovah, qui olim promittens se excitaturum
 Davidi germen justum צמח צדק Jer. 23. 5. hic jam di-
 cit de ipso, לי נצי, prodicit Mihi, h. e. ad opus *Meum*
 faciendum, justitiam Dei promulgando, electos vindi-
 cando, regnum justitiæ colligendo, exequendo volun-
 tatem Patris, opus ejus perficiendo Joh. 4. 34. Et si au-
 tem verum sit, quod hīc ait Dominus ; לי נצי Mihi pro-
 dicit, nihilominus tamen ambitus hujus assertionis com-
 plectitur adhuc aliam veritatem ; Nimirum Filium eti-
 am nobis datum esse ; בן דוד לדוד בן נתן Jer. 9. 5.
 Quapropter Angelus Domini Christi nativitatem pasto-
 ribus Berlehemiticis annuncians dicit eis ; Μὴ φοβεῖσθε
 ἰδὲ γὰρ, εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην . ἥτις ἐστὶ
 πάντι τῷ λαῷ, ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὃς ἐστὶ Χριστὸς
 κῆριⓄ ἐν πόλει Δαβὶδ : Luc. 2. 10. 11. Nobis promissus ;
 In ceremoniis legis nobis adumbratus ; Nobis etiam na-
 tus fuit & datus nimirum à Patre suo cœlesti, ut nos li-
 beraret à servitute peccati.

§.XXIV.

Sequitur jam officium, quod geret Messias, &
 ejus administratio Mediatori nostro concessa fuit ;

D

נצי

3
וַיֹּאמֶר לִי לְהוֹיָה מוֹשֶׁל בְּיִשְׂרָאֵל Prohibebit mihi, ut sit *Domina-*
tor in Israele; ipsiſſus est iudicium, erit is ergò domina-
tor, omnem potestatem in Ecclesiam & pro salute Ec-
clesiæ datam sibi æternò Patris pactò, tanquam Iudex
Israelis exercebit: שָׂמָּה עַל שִׁמְרוֹ principatus est super
humeris ipsiſſus. Missus à Deo ut pro peccatis satisfaciens
in se susciperet & gestaret crucem ignominiosam super
humeris suis *Match. 27.* missus etiam fuit, ut gestaret
principatum Ecclesiæ super humeris suis; *Es. 9. 5.* Ex-
inde liquet, quòd jure summo principatum illum gerit,
quia erat (עַל שִׁמְרוֹ) deinde quòd illum gerat summâ
curâ ac fidelitate; (Humeri oneribus portandis & ge-
standis apti nati sunt, iisque onera graviora imponi so-
lent;) Ita Christus fert τὰ πάντα verbò potentia; Nec
enim qui mera tantùm creatura fuisset, iram Dei adver-
sùs peccata sustinere, *Es. 33. 14.* *Nah. 1. 6.* alios ab ea li-
berare, populum electum regno Satanæ eripere, ejus-
que potestatem abolere potuisset: Tandem quoque
quia solus torcular calvavit, nec ullus ex gentibus cum
ipso erat; *Esaj. 63. 3.* solus etiam principatum gerit, &
talem qui se *vicarium* Christi in hoc principatu gerendo
dicit, non agnoscit; Ita sine Sociis Rex erit in N. T.
Pfal. 45. 8. Dominator autem appellatur Messias voca-
bulò generali, regiâ dignitate non exclusâ, sed com-
prehensâ; sapiùs enim in Scriptura S. per vocabulum
מוֹשֶׁל regia dignitas ac potestas exprimitur; Ita *Pfal. 105.*
v. 20. Pharao rex Ægypti מוֹשֶׁל vocatur; Et *Jud. 8. 22.*
dicebat Israel Gideoni בְּנֵי מוֹשֶׁל ubi Targum habet עלְנָה
מְלוֹךְ, & seq. *v. 23.* dicit Gideon Israeli; יהוה מוֹשֶׁל בְּכֶם
Jehovah dominabitur super vos, quod rursùs Targu-
mista reddit מְלוֹךְ regnabit vel rex erit, Sic *2. Sam. 23.*
v. 3. *Jer. 30. 21.* Frequenter etiam in Scriptura imprimis

Pro-

Prophetica Rex appellatur Christus, in regem enim un-
 ctus fuit super montem Sionis sanctum Psal, 2. 6. Ecce
 dies adveniunt, ait Jehovah, & excitabo Davidi Germen
 justum, ומלך מלך והשכיל & regnabit rex & prosperabi-
 tur &c. Prosperè ager, quia ad ipsum corona pertine-
 bat; ipsius erat iudicium; ipse utique est iudex & domi-
 nator in Israele: Sceptro semel ablatò à Juda in captivi-
 tate Babylonica post liberationem ex eadem triplici in
 statu successu temporis Respublica Judæorum regeba-
 tur; Primò quidem erant sub regimine principum &
 sacerdotum, deinde principum & regum Assamonæo-
 rum, tandem Herodis regis peregrini & extranei & fi-
 liorum ejus; Quò tempore, quando Herodes Ascaloni-
 ta Hircanò adhuc reliquò ex stirpe Assamonæorum in-
 terfectò coronam ab Assamonæis ad se transtulerat, co-
 rona Judæorum secundà vice vacillare cœpit; quod fig-
 num utique erat, secundùm prophetiam nondum adve-
 nisse eum, cui competit corona, natò autem Christò ma-
 nifestabatur is cuius est iudicium; Hujus enim adven-
 tum promittebat Deus apud Prophetam conjunctum
 cum abolitione coronæ secundæ; כה - אמר ארני יהוה
 חסיר המצנפת והרים העטרה זאת לא זאת השפלה הגבה והגבה
 השפול: עוה עוה עוה אשימנה גם זאת לא היה ער - בא אשר-לו
 ונתתיו I zech 21.31. 32. In quibus verbis denuntiat
 Propheta Zedekia quem vers. præced: compellavit & al-
 locutus fuit finem regnandi, imò prædicit in his verbis fi-
 nem totius regni Israelitici tandem suò tempore expira-
 turi; In abductione Zedekia ultimi regis in Israele ablata
 fuit corona domûs Davidis cum cidare, subinde vacilla-
 vit & corrupta fuit donec tandem tota ablata fuit, nec
 enim rediit ad domum Davidis, quod etiam necessariò
 fieri oportebat, suppositò, Messiam filium Davidis se-

eundem carnem venire debuisse, humilem; pauperem &c. Zach. 9. 9. Filius enim florentis regis natus non fuisset in tam humili & abjecto loco, in quo rex noster Messias Christus Jesus nascebatur; Descendit igitur juxta prophetiam corona decoris de domo Davidis Jer. 13. 18. Ita ut non extiterit amplius in ea *מטה עץ שבט למשול*
ramus robustus, sceptrum ad dominandum Ezech. 19. v. 14. Non erat è domo Davidis qui post abductionem Zedekie coronam gestarit & dominatus fuerit; in ipsius abductione ablata fuit potestas regia domus Davidis, omnis eminentia aulae, omnis ducatus qui Regem solet comitari; Nam Assamonæi illi reges, (qui sunt corona intermedia de qua vaticinatus fuit Ezechiel cap. 21. v. 32. quod illa non sit corona promissa & expectanda.) regnantes in Israele post captivitatem Babyl. sub templo secundo non erant ex Familia Davidis & tribu Judæ; sed ex tribu Levi; Alia igitur corona erat expectanda, corona nimirum ejus cujus est *judicium*, qui non venire debebat stante regno domus Davidis, neque etiam sub regno Assamonæorum, sed postquam regnum utrumque abolicum fuerit; Quæ ratio est quare neutra subsistere potuit *משהפוט בא אשר לו המשפט* donec venerit (מהרה גלת) *משהפוט, שהוא מלך המשיח* cujus est *judicium*, & hic est Rex Messias, (citò reveletur) (faterente ipso Abarb. annot. ad h. l.) Hæc interim fient *usquedum veniat*, h. e. vix erunt hæc res factæ, quum ipse veniet, cum aderit adventus ejus cujus est *judicium*, h. e. Christi, cui reservatum est sceptrum & regnum; Cui *judicium* Pater daturus sit Joh. 5. 22. Pater enim diligit Filium, *καὶ πάντα δέδωκε ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ* Joh. 3. 35. Pl. 72. 1. Omnia sunt subjicienda pedibus ejus Pl. 8. v. 7. Ei, qui sedet ad dextram Dei ponendi sunt hostes
fca-

scabellum pedum ipsius Pl. no. 1. Act. 2. 34. 35. Καὶ δώ-
 σει αὐτῷ κύριον ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τῷ πατρὶ αὐτοῦ,
 καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τὰς αἰῶνας &c. Luc.
 1. 32. 33. Constitutus est rex supra omnes reges *יְהוָה*
יְהוָה - בְּכֹרֵי tanquam primogenitus Pl. 89. 28. Ὁς ἐστὶν
 ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας Coll. 2. 10. Et quia accepit
 Majestatem Zach. 6. 13 datum ipsi est nomen supra omne
 nomen. ut, quod Deus sibi proprium reservaverat, omne
 genu ipsi flectatur & omnis lingua confiteatur quod
 Christus sit Dominus εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς; Phil. 2. 10.
 Adeo ubique S. Vates de Christi regno ejusque natura,
 beneficiis, gloria, latitudine & subditis loquuntur, ut
 optima censenda sit Scripturae S. definitio, qua ὁ λόγος
 τῆς βασιλείας sermo regni vel de regno appellatur. Matth.
 13. 19.

§. XXV.

Subiecti porrò huic dominio Messiae statuuntur
 Israëlita, quia, dicit textus Prophetæ, dominator erit
 בְּיִשְׂרָאֵל; Notat hic præcipuè omnem illum populum,
 qui solet eo nomine appellari, inter quos tamen apo-
 statae numerandi non sunt, sed separandi potius ab
 omnibus tribubus Israël; Deut. 29. 21. Etsi autem
 gentium hic non faciat mentionem, non tamen pro-
 pterea excludi illas ne subsint dominatori Messiae, di-
 cendum; Earum enim quoque dominator erit futurus;
 Ad foedus enim gratiae vocantur & invitantur, quamvis
 fuerint abalienati à politica Israël, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν
 τῆς ἐπαγγελίας Eph. 2. 12. Quando olim Moses pactum
 ac foedus inter Deum & populum Israel renovabat in
 campis Moabiticis, inter alia dicebat ad Israelem; *At*
non vobiscum tantum foedus hocce pango; כִּי אֵת אִשְׂרָאֵל

ישנו פה עמנו עמד היום לפני יהוה אלהינו ואת אשר איננו
 פה עמנו היום: *Sed cum eō qui hodiē stat nobiscum coram*
Jehovah Deo nostro & cum eo qui hodiē non nobiscum hīc,
cum ijs qui hodiē non hīc sunt; Per eos עמנו פה איננו
 היום possunt intelligi non tantum Israelitarum poste-
 ri, sed ipsae gentes etiam: saltem nostrum non est eas ex-
 cludere, & determinare; vid. Deut. 29. 14. 15. Pro-
 phetae enim V. T. populo suo Israelitico erudiendo &
 consolando praecipuam impendentes curam, jidem re-
 gnum Messiae super gentes quoque extensum iri pra-
 dixere; Zach. 9. 10. Psal. 2. 8. Es. 49. 6. Mich. 5. 3.
 Zeph. 3. 9. Non igitur intra limites Palaestinae & terrae
 Canaan tantum regnum hoc erectum est, sed Verbum
 Dei, quod olim Israeli tantum datum fuit. Pl. 147. 19.
 20, gentibus etiam notum fit, regnaturus est non tan-
 tum super domum Jacobi, semen Davidis carnale, sed
 regnabit etiam in fidelibus ex gentibus, circumcisis
 corde; Eric enim Christus Rex noster desiderium gen-
 tium Hag. 2. 8. נס עמים vexillum populorum. Es. 12.
 10. Hinc obstupescabant *οἱ ἐν περιτομῆς πιστοὶ* fideles ex
 circumcisione quod etiam super gentes donum Spiritus S.
 fuit effusum. Act. 10. 45. secundum Prophetiam prio-
 ribus factam. Joel. 2. 28. Jel. 44. 2.

§. XXVI.

Regnandi autem Modus convenit ipsi regno, quod
 non est *ἐν τῷ κόσμῳ τῆς γῆς*, mundanum, nec venit *μετὰ*
παρατηρήσεως: Luc. 17. 20. (Sicut enim vir, ita potentia
 ejus ut olim quidam dicebat כאיש גבורתו Jud. 18. 21) Rex
 spiritualis est Messias noster; ita etiam ut capesseret re-
 gnum spirituale, regnum Israel nactus est, ut haberet po-
 pulum

pulum qui ipsi serviret in spiritu & veritate ; Arma ut
sunt spiritualia, ita & leges conveniunt huic regno ; nam
arcus belli sunt instrumenta pastoris stulti, Zach. 11. 15.
'Ουκ ἦλθε διακονηθῆναι ἀλλὰ διακονῆσαι, Matth. 20. 28.
Ita postquam officio suo Mediatorio in his terris functus
fuit ascendens in cœlum & sedens ad dextram sui Patris
contra omnes hostes nostros protegit, ac defendit nos
sceptro suæ potentia, quod est verbum *δυνάμεις* con-
junctum cum Spiritu suo. Esaj. 59. 21. Pl. 110. 2. Rom. 1.
16. quò colligit sibi Ecclesiam, subditos ex hostibus ce-
dere nesciis faciens. Pl. 68. 19. In cò infinitè major est
gloria Christi ut Filij præ gloria Moysis tanquàm servi.
Heb. 3. 6. Moses enim qui etiam *יהו* rex erat in Jeschu-
run, Deut. 33. 5. descendens de monte Sinai dedit Israe-
litis legem in tabulis lapideis ad significandum cor
ipsorum lapideum, conscriptam : Christus verò ascen-
dens in cœlum effundit spiritum suum inscribentem
legem suam in corda nostra. Ezech. 36. 26. 27. Thronus
ergò hujus Regis semper fuit, est, & erit Cor verè cre-
dentis.

§. XXVII.

Umbratilem quidem thronum habuit in V.T. propi-
tatorium in medio Cherubinarum, Moysis ac Senatorum
confessum, nec non deinceps solium Davidis, qua ra-
tione singulari ratione Rex erat populi Israëlitici ipse
Deus ; Unde dispiciebat sibi de palatio regio quod glo-
riâ suâ implebat ; Moses & Aaron supremi erant in Cù-
ria Dei Ministri, quibus subordinati erant Sacerdotes &
Levitæ ; Illi tanquàm amici interioris admissionis ci-
bum Dei in mensa Dei offerunt ; (Undè dicti erant
כֹּהֲנִים, *accedentes*, כָּרַן enim propriè notat eum qui
accedis

accedit ad Regem. Unde saepe per קָרוּב vel חַנּוּן explicatur Ex. 19. 22. Lev. 10. 3. Num. 16. 5.) Hi musicâ Deum regem oblectantur, &c. Adeò ex Dei consilio & nutu omnia gerebantur in populo illo ut universa ejus facies *divinum* quoddam *regnum* præ se tulerit: Regnum quidem erat spirituale, quatenus Regis beneficia & subditorum officia spiritualia fuerunt; Sed quatenus præter beneficia spiritualia adjuncta fuerunt etiam beneficia terrestria in terra Canaan fruenda, & quatenus præter officia spiritualia etiam externi quidam actus & ritus observandi inculcabantur subditis, regnum illud externum, œconomicum, & quatenus figura erat melioris regni de quo Christus loquitur Marc. 1. 15. typicum dici potest: Regnum illud si spectemus, paucissimi erant in populo illo veri Subditi: Nam toti domui Israel fuit cor incircumcisum: Jer. 9. 26. Plerisque eorum non acquievit Deus: 1. Cor. 10. 4. 5. Thronus autem ille abrogatus fuit, pro quo post incarnationem Messiae & exantlatas passiones tum Ecclesia N. T. tum ipsum cœlum ipsius thronus est: Terraque omnis scabellum pedum ejus: Tali in regno ἀσαλεύτω immobili Heb. 12. 28. quod gradatim magis magisque advenit Matth. 6. 10. Christus debet regnare, donec hostes omnes quorum ultimus mors est, posuerit scabellum pedum suorum. 1. Cor. 15. 25. 26.

§. XXVIII.

Meditatio hæc regni Christi, uti homine Christiano dignissima, ita eidem utilis & necessaria est: Uti enim infidelibus terrorem injicere, ita fidelium animis timorem, tristitiam omnem eripere potest: Ὁ
γαρ

γὰρ ἐστὶν ἡ βασιλεία τῆς Θεᾶς βρώσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιο-
 συνῆ καὶ Εἰρήνη καὶ Χάρις ἐν πνεύματι ἁγίῳ; Rom. 14. 17.
 Ne autem rex hic offendatur, cavendum ne dicamus cum
 illis rebellibus & malitiosis civibus; *Nolumus ut hic su-
 per nos dominetur.* Luc. 19. v. 14. *nam omnes qui ipsum
 odio habent amant mortem,* Prov. 8. 36. Imò irascetur rex
 dicendo, *Inimicos illos nolentes me super ipsos regnare addu-
 cite, & trucidate illos coram me.* Luc. 19. v. 27. Idemque
 hostibus illis uncto illi à Deo Regi obedire nolentibus,
vincula ipsius rumpere & à se abjicere satagentibus di-
 cet quod olim rex Abia dixit Jeroboamo ac subditis ip-
 sius; *Cogitatis vos opponere contra regnum Domini;*
 הוֹרֵב אֶת-יְצִירֹתַי לְפָנַי מִלְכַּת יְהוָה
 Es. 45. 9. Osculemur potiùs Filium ne irascatur & pe-
 reamus in via, irâ ipsius vel paululùm excalescente.
 Ps. 2. 12. Osculemur ipsum osculò non *idololatricò*, ut
 Israëlitaë faciebant, וְיִשְׂרָאֵל עֹבְדֵי אֱלֹהִים מַעֲבֹדִים
hominem osculantur vitulos h. e. falsos Cherubinos; Ita
 Pontificii adorant & venerantur imagines mutas, de-
 struunt autem imagines Dei vivas; vid. Hof. 13. 2. nec
 etiam osculò *simulatò* ut Joab Abnerum & Amasam
 fuit osculatus; 2. Sam. 3. 27. & 20. 10. & Judas proditor Chri-
 stum Dominum Luc. 22. 48. Sed osculemur ipsum osculò
summa reverentia flectendo genua in nomine ipsius ac
 confitendo quòd ipse sit Dominus ad gloriam Patris
 Phil. 2. 10. osculemur ipsum osculò *humilis subjectionis verbo*
ipsius; Evertet enim omnem potentiam quæ se effert
 contrà Majestatem suam, imò confunder Deus omnia
 consilia & molimina adversùs unctum Domini Psalm.
 2. v. 1. 2. 3. Act. 4. 25. (*Dicant jam Judæi non habemus Re-
 gem nisi Casarem;* Excipiant contra Prophetam nostrum
Christum Jesum non esse illum Dominatorem, שְׁהוּא לֹא מֶלֶךְ
 E יִשְׂרָאֵל

בו משלו הו אכל ישראל quòd ipse non dominatus fuerit
 Israeli, sed quòd ipsi dominati fuerint in ipsum &c.) Nihilo-
 minus omnis ei potestas tradita est, & quanquam Chri-
 stus à Judæis ad mortem fuerit postulatus, attamen in
 tantum Christo non fuerunt dominati ut resurrectio-
 nem ejus impedire potuerint; Est enim אלהי גבור Deus
 fortis Es. 9. 9. Refractarios fregit ut vas figuli Pf. 5. 11. &
 2. v. 9. Illi datus est dominatus, dignitas & regnum, princi-
 patus ejus dominatus sæculi qui non transfertur: Dan. 7.
 14. & 2. 44. Denique osculemur ipsum osculò *sincerè*
 amoris διώκοντες τὴν εἰρήνην Heb. 12. 14. 1. Pet. 3. 11. nam
 rex noster est מלך שלם rex in salem h. e. rex pacis;
 Est enim PAX nostra Eph. 2. 14. illam reliquit nobis
 Joh. 14. 27. tanquàm verus Salomon; Amemus quo-
 que jus & diligamus justitiam; Is enim מלכי צדק ve-
 rus Melchisedec Heb. 7. 2. צדק justus Jes. 53. 11. ויהו צדקנו
 Jer. 23. 6. 1. Cor. 1. 30.

§. XXIX.

Frustrà autem Judæi obtundunt variationem occur-
 rere apud Matthæum Evangelistam in vocabulò ΗΓΟΥ-
 ΜΕΝΟΣ quod non dominatorem ἡγεμόνα regem vel
 principem significet sed ductorem, quod explicet per
 pastorem q. d. ὅστις ποιμαίνει τὸν λαὸν μετ', τὸν Ἰσραὴλ;
 contradictionem hâc ratione Prophetæ affingere volen-
 tes: Evangelista enim sensum magis Prophetæ quàm
 ipsa illiùs verba singulatim expressisse dicendus est: *Sin-*
autem quis scribas & sacerdotes autores dicere malit, quo-
rum ipsissima verba Evangelista expresserit, non multum aber-
rabit, nec tamen hinc eos habebimus arguendos ceu corrupto-
res textûs Prophetici, aut qui odio Messia, (quale tunc nul-
lum

lum adhuc fuit, universo Israele expectante liberationem per
Messiam) quadam textus Prophetici mutaverint; Sed illos hoc
egisse pio quidem atamen humano consilio ut tyranni Hero-
dis violentiam a Messia qui in singulos dies appariturus ex-
spectabatur averterent, vero non adeo absimile est: Idcirco ex
Micha patriam (utpote de qua consulti fuerunt) indicantes
Messiae, non tamen eum regem nominant, nec dominatorem
ut Micha, (quod ambitio Herodis talem non esset latura) sed
ductorem duntaxat & pastorem curaturum populum Dei Israe-
lem: (Verba sunt Cl. Altingii dissert. Theol. VII.) Ne-
que enim, titulum Doctoris ac Pastoris Messiae minus
competere quam Regis censendum est; Officium enim
Christi mediatorium ita est comparatum ut pars una il-
lius officii alterius sit illativa; Christus enim Rex con-
stitutus a Patre & in Regem unctus in aeterno illo pacto,
ut regnum illud quod *Deo* testamento ipsi disposuit
Pater Luc. 22. 29. & quod est regnum summæ justitiæ,
adire posset. ut sacerdos noster summus ac sponsor re-
stamenti pati, unico sacrificio corporis sui facta expia-
tione peccatorum, Heb. 1. 3. electos suos redimere debe-
bat, allatamque justitiam tertio die ut Pastor, Doctor &
Propheta noster annunciare; Cum quoque insuper ti-
tulus Pastoris altero illi Regis optime conveniat, nulla
hic repugnantia erit; Vocabuli quippe *pastoris* prima &
propria significatio a gregibus ad homines eleganter
translata ad horum sive sustentationem sive gubernationem
significandam coepit adhiberi; Haud secus at-
que Hebraum רעה quod cum primum de pecudibus
dicitur, deinde etiam de hominibus alendis regendis-
que usurpatur: Nam ad hunc metaphoricum signi-
ficatum vocis רעה exprimendum Chaldaicum פרנס
ferè constanter adhiberi solet; Unde tandem פרנס
e. pastor.

e. pastor, usu ita volente, princeps vel gubernator apud Orientales dicebatur; Scilicet satis perspectum erat olim illis populis verum regum, principum aliorumque præfectorum populi officium; Quemadmodum enim bonus *pastor* omni studio, curâ labore, cogitatione denique omni id agit ut gregi suo salubrem & facilem pastum præbeat, illum ad limpidas aquas deducat, adversus diei æstum & cæli frigora, inprimisque irruentium ferarum injurias defendat, ita nomine פָּרָנַס *pastoris* ad reges principesque populi translatô, eosdem de fide & curâ subjectis debitâ monitos voluerunt; neque magis illud Græcos latuit qui reges ποιμένες appellârunt, ut Homerus; Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν; Quemadmodum & apud Romanos, Imperatores pastoribus comparantur; Tristum est illud Titi, ad Vespasianum Patrem; *Boni pastoris est tendere pecus sed non deglubere*; Præ cæteris verò omnibus populis hæc vox Hebræis placuit; Apud quos ne quidem ipse Deus hunc Pastoris titulum est dignatus; Ita sanè David Psal. 23. v. 1. Dominus inquit est (רָעָי) *Pastor meus, non indigebo*, ratione etiam hujus appellationis addictâ; *In mansionibus graminosis facit me recubare &c.* Neque minùs Deus populi sui rectores, sive Politicos sive Ecclesiasticos pastores appellat, quo illos officii sui admoneat, ejusve neglecti accuset; De Politicis Jer. 10. 21. כי נבערו הרעים *nam pastores obbrutuerunt neque Dominum consuluerunt, propterea non egerunt feliciter, sed omnis grex illorum est dispersus*; R. Salomon Kimchi; והרועים הם יהויכין ועדקיות שהיו מלכים והמלך יקר ארעה; וחרועים הם יהויכין ועדקיות שהיו מלכים והמלך יקר ארעה; וכן תרגם ונתן ארוי אטפשו מלכיא; *Pastores autem hic intelliguntur Jehojakim & Zedekias qui reges fuerunt; Rex enim pastor dicitur, quemadmodum etiam Jonathan reddidit; Et stulti facti sunt reges: sic Jer. 11. 8, והרועים פשעו בני, Et pasto-*

stores pravaricati sunt contra me; Chald. ומלכיא מרדו במימרי; & reges rebellârunt adversus verbum meum; Kimchi; והרועים הם המלכים שהם רועים העם כמו שרועים רועים הצאון: Et pastores hi sunt reges, qui pascunt populum, quemadmodum pastores pascunt gregem; Sed & de Ecclesiasticis sumitur: Jer. 3. 15. Ubi daturus sum vobis pastores ex sententia animi mei, qui pascent vos scientiâ & intelligentiâ. Chald. simpliciter פרנסים, pastores; Kimch. והרועים הם פרנסי ישראל שהיו עם מלך המשיח כמו שנאמר בנבואה מיכה Hi pastores sunt pastores (præfecti) Israelis qui erunt cum rege Messia ut dicitur in prophetia Micha, &c. Ita observant Hebræi Deum præstantissimos populi sui duces & gubernatores ex pastoribus elegisse; ita Davidem accipit à compescendis gregibus Ps. 78. 71. & Moles gregem Jethronis socii sui pascens in deserto vocatus fuit ad pascendum populum Dei; Imò Christus ΗΓΟΥΜΕΝΟΣ dux, nimirum sui gregis (quod hic prætermittendum non est;) titulò Pastoris frequenter venit in Scriptura S. In pacto illo æterno, Pater ad Filium; Pete à me & dabo gentes hereditatem tuam & possessionem tuam fines terræ תרעם בשבט ברזל pasces illos virgâ ferreâ &c. Ps. 2. 8. 9. Illò autem foedere cum Filius Dei supremus atque unicus Ecclesiæ Pastor constitutus sit, רעה אחר audit Eccl. 12. 12. ὁ ποιμὴν τῶν προβάτων ὁ μέγας ὁ ἀρχιποιμὴν, 1. Pet. 5. 4. Quem Christus Jesus se esse multis demonstrat Joh. 10.

§. XXX

Nec est, quòd objiciant porrò Judæi suspectam
 facere volentes Jesu profapiam ceu Davide non ortam
 Christum Jesum Messiam non esse neque adeò pro-

E 3

missum

missum illum dominatorem Israelis, eò quòd vocetur
 JESUS *Nazarenus* non verò *Bethlehemus*, unde do-
 minator in Israele prodire debebat: Quamvis enim
 Salvator noster tùm passim alibi tùm in crucis inscri-
 ptione *Nazareni* nomen acceperit. Joh. 19. 19. & Chri-
 stianorum coetum *Sectam Nazarenorum* vocarint Ju-
 dæi ἀντίπαλοι; Act. 24. 5. nequaquam tamen ad nati-
 vitaris, sed domicilij locum eodem titulò respicitur;
 Habitavit enim Josephus cum desponsata Maria sua
Nazarethæ non tantùm ante felicissimum Jesu partum;
 sed post eundem quoque & finitum in Ægypto exilium;
 Messias enim debebat nasci Betlehemi, ut ipsius etiam
 patriæ argumento Davidis semen esse constaret; Ibi-
 dem isthuc ad descriptionem generis concessit mater
 gravida cum Josepho cui desponsata erat uti refert Lu-
 cas cap. 2. v. 1. seq. Arcanò enim divinæ providentiæ
 consiliò factum est ut Judæam universam juxta familias
 describi Imperator voluerit, quò serviret complemen-
 to vaticiniorum Prophet: occasionemque præberet op-
 portunissimam qua fieret ut Messias & nasceretur Bet-
 lehemi, & mox authenticis tabulis infereretur regiæ
 profapiæ surculus; Verè igitur Jesus fuit Betlehemita;
 Betlehemi natus, ibidemque in indicem genealogicum
 Davidis relatus; Nazarenus autem dictus est à loco
 educationis; Nec exemplò caret ista denominationis
 ratio; Deut. 26. 5. ארמי אבד אבי *Arameus* sive Syrus
periens erat Pater meus, hoc singulis Israelitarum primi-
 tias suas offerre volentibus dicendum erat de Jacobo
 Patriarcha, Syrusque appellandus erat quia apud Laba-
 nem in Syria duram servitutem servierat: (*Aut Abera*
Ezra) אל ישעון השוען אך יקרא יעקב ארמי והנה כמוהו יקרא
 הושמעאלי והוא ישראל כי כן בתוב: *h. e. Ne objiciat oppo-*
nens;

nens: *Quomodo vocatur Jacob Syrus? Ecce enim simile ipsi est istud; Jethra Ismaelita fuit tamen Israelita, nam sic scriptum est; Extat nempe locus eò pertinens; 2. Sam. 17. 25. Amasæ Pater Iethra vocatur Israelita, idem tamen vocatur Ismaelita. 1. Chron. 2. 17. Rationem gentilitij nominis reddit Kimchius in Comment. ad loc. priorum וישראליו הוה אלא ישנר בארץ ישמעאל לפי נקרא ישראל וישמעאליו וישמעאליו על-גירות וישראליו שלא יחשוב אדם כי הוה ישמעאליו (ואחול) כתב כי כשחיה בארץ ישמעאלים קורין אותו וישראליו שם ובשחיה שכ משם (לאו) יקורין אותו וישמעאליו: h. e. Israelita fuit, quia verò peregrinatus est in terra Ismael, propterea vocatus fuit Israelita & Ismaelita ratione commorationis; Israelita verò ne quis cogitaret eum esse Ismaelitam; At Dn. Pater meus b. m. scripsit, de gentem ipsum in terra Ismaelitarum hos vocasse Israelitam istic, reversum autem inde in terram Israel, vocasse (Israelitas) Ismaelitam; vid. etiam 2. Chron. 13. 13. 1. Reg. 7. 13. 14. Interim nemo diffiteri potest; Nazareni appellationem sortitum esse Jesum etiam aliam ob causam; Evangelista enim Matthæus cap 2. 23. sic loquitur: *Habitavit in urbe quæ dicitur Nazareth ut impleretur quod dictum est per Prophetas, fore ut Nazareus vocaretur*: De urbe verò Nazareth nihil speciatim produnt Prophetiæ; Quæ verò generatim agunt de exordio prædicationis Messie in Galilæa faciendo Esa. 8. v. ult. Matth. 4. 14. collat. non satis firma esse videntur ad eam urbem demonstrandam: Ad Esa. 11. 1. respexisse Matthæum Interpretibus plurimis constat: Nec obstat quòd Christus alio sensu apud Esajam vocetur נצר alio à Judæis *Nazareus* ab urbe nimirum *Nazareth*: Id enim Evangelista non ignoravit, sed contentus fuit docere illud nomen Nazareni (quod à Judæis Christò per contem-*

cum Joh. 1. 47. & 7. 41. tributum) sic tamen moderante
hominum linguas divinâ providentiâ à Propheta illi
tributum fuisse ut promissum illum נצר in ipso JESU
Nazareno agnoscendum proponeret: Cæterum ex an-
te dictis consequitur; Jesum hunc Nazarenum tribu
Juda ortum ac meritò vocatum Johanni Apostolo Leo-
nem de tribu Juda, stirpem Davidis. Apoc. 5. 5. & 22.
v. 16.

§. XXXI.

Additur autem in Textu; ומוצאתיו מקדם מימי עולם
Ne ignoremus Christum insigniri: Et hic est alter ille
Messiæ Egressus quem Messiaë dominatori tribuit Pro-
pheta, isque à priori diversus quia מקדם מימי עולם: Quò
Propheta ostendit nobis Messiam non tantùm domina-
torem *Israelis* esse atque ex *Israele* ortum, sed simul et-
iam verum illum Deum *Israelis*, habentem ante egres-
sum ex Betlehemo in tempore factum, *egressus ab ini-
tuo à diebus seculi*, egressu ex Betlehem longè anti-
quiores, ipsi initio omnium rerum coævus imò egres-
sus מקדם מימי עולם: Egressus est Filius à Patre per ge-
nerationem æternam; Generationem docet vox מוצא
exitus, egressus: Cùm enim nativitas humana ex Betle-
hem verbo וצא *egredi* fuerit significata, nihil utique
contrariatur quo minus egressus per generationem
æternam exprimat illò vocabulò, quâ ut genitus ita
egressus dici potest à Patre: Æternitatem generatio-
nis docet vox מקדם: Hoc enim קדם de *Deo usurpatum*
significat. Deut: 33. 27. מעונה אלהי קדם Pl. 55. 20. מקדם
יהוה Hab. 1. v. 12. הלא אתה מקדם יהוה. Equidem ali-
quando indifferenter se habet vox illa ad id quod ini-
tium in tempore sumpsit & ad id quod nullum agno-
scit

scit temporis initium ; Frequenter enim notat indefi-
 nitè longè præteritum Pl. 74. 2. 77. 6. 143. 5. De Deo
 autem usurpatum definitè æternitatem inicitij expertem
 notat, & tunc τὸ (ἢ) ubi de æternitate sermo instituitur
 per ante reddi necessariò debet : vid. Es. 43. 13.
 Pl. 93. 2. Adeòque verti ab ante, ante principium
 mundi, (quod aliàs dicitur πρὸ καταβολῆς τῆς κοσμοῦ,)
 debet : Quoniam igitur egressus Messiaë מרקם æternus
 & divinus, etiam ipsemet qui egressus est מרקם æternus
 est, quemadmodum Deus à quo egressus מרקם æternus
 est, Hab. 1. v. 12. Apparet jam quòd hic egressus ejus
 ab altero illo ex Betlehem temporis intervallo infini-
 to ac immenso disterminetur imò æternus sit, sine quo
 nec sponsor secundùm spiritum æternum, nec spes &
 assertor ac intercessor Israelis esse poterat :

§. XXXII.

Præterea etiam plus quam una & unius generis
 egressio videtur notari, quia terminus duplex notatur
 per מרקם & מימי עולם ; Alterum simplicis æternitatis
 quando nulla dierum vel mensium mentio adjicitur,
 connotationem habet ; Alterum significationem qui-
 dem æternitatis etiam habet, sine dierum additione ut
 Pl. 90. 2. לך אתה אלהים עולם עולם positum, sed quando-
 cunque dierum aut generationum vocabula conjun-
 guntur, æternitatis significationem respuit : vid. Deut.
 32. 7. Amos. 9. 11. Mich. 7. 14. Malach. 3. 4. tempo-
 risque habet connotationem ; Sic Christus priusquam
 ἐν πληρώματι τῆς χρόνῳ Gal. 4. 4. באחרית הימים Es. 2. v. 2.
 tempore statutò מועד Hab. 2. 3. assumptâ humanâ na-
 turâ ἀπὸ Θεῶν & παρὰ Θεῶν ἐξήλθε à Patre exivit & car-
 nem

F

nem

56
54
5.

nem assumit Joh. 13. 3. & 16; 27. 28. ac iteratâ vice in-
troducitur *εἰς τὴν διακρίναν*, Heb. 1. 9. Messias in mun-
do esse noscique incepit; Unde in mundo ante nativi-
tatem humanam & agnitus & patefactus fuit per pro-
missionem Dei & conspectus per fidem ab iis qui pro-
missionem amplexi sunt; Quæ ipsa promissio effecit ut
Messias foret Agnus mactatus *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου* à
jacto mundi fundamento Apoc. 13. 8. Sic accessit jam
inde à diebus sæculi, ab omni antiquitate ad homines
tanquam Angelus, missus Jehovæ; Quam rem hîc si-
mul significatam esse nihil impedit.

§. XXXIII.

Verba hæc *ומוצאותיו מקדם מימי עולם* prioribus tan-
tùm explicationis ergo addita fuisse volunt Hebræo-
rum Interpretes: Quia enim Berlethemum jam à sæcu-
lis compluribus deletum, existere desit, ne quis inde
concludat spem Messiaë exhibendi penitus decollasse,
contendunt his verbis indicari, egressum Messiaë non
nunc demùm fore ex Berlethem, sed inde fuisse olim
priscis temporibus, quando David istic natus est, ex
cujus femine oriturum ipsum afferunt: Videre possu-
mus Abarb. in Mich. Verba sic scribentem. *ממך לי יצא
מי שחיה מושל בישראל והוא מלך המשיח אשר ימלוך
עליהם וביאר שלא אמר זה לפי שהוא יהיה נולד עתה באותו
ביתלחם אבל מוצאותיו ומשפחתו משם מקדם מימי עולם והענין
שהיה מורע רוד אשר נולד ביתלחם ומבית ישי בית הלחמי וכאלו
אמר ומוצאותיו של המלך והמושל הזה יהיה מבית לחם מהזמן
הקדמון מימי עולם שהם הימים אשר מלך רוד על ישראל:
*b. e. ex te prodibit mihi qui futurus est dominator in Israe-
le videlicet Rex Messias qui super eos regnabit; Declarat au-
tem**

tem se hoc non dicere quia nunc nasciturus sit in ista urbe
 Betlehem, sed egressus ejus & familiam ejus inde fore ab an-
 tiquo à diebus sæculi; Cujus sensus est, fore de semine Da-
 vidis qui natus fuit in Betlehem & ex familia Isai Betlehe-
 mita, quasi dixisset; Et egressus hujus regis & dominatoris
 erant ex Betlehem à tempore antiquo à diebus sæculi, qui sunt
 dies quibus regnavit David super Israelem: Contradicit
 Prophetæ è diametro, & statuit malè opinatos esse asse-
 rentes Betlehemum fore patriam Messiae, quia Prophe-
 ta solùm significet, familiæ, unde Messias nasciturus erat,
 sedem tempore Davidis fuisse Betlehemum: Scilicet
 hoc, secutus Magistros maluit asserere quàm ob destru-
 ctum oppidum istud & extinctos ibi Davidis posteros,
 fateri Messiam jam exhibitum esse. Licet maximam
 admittat absurditatem, quando מִימֵי עוֹלָם ab an-
 tiquo à diebus sæculi tempus Davide antiquius desig-
 nare negat: Kimchius verò in comment. suis ad h. I.
 contra æternitatem Christi, quam hinc asserimus, sic ob-
 jicit: וְהוּא אֵל שֶׁהוּא מִקְדָּם מִימֵי עוֹלָם כִּי מִי הָיָה מִימֵי קֶדֶם
 אֵל אֵל *Præoccupat objectionem, quâ, (quòd ille (videlicet
 delictet Jesus Nazarenus) Deus sit, quia fuit ab antiquo à
 diebus sæculi) asserimus; אֵל אֵל מִימֵי קֶדֶם quis
 enim est מִימֵי קֶדֶם præterquàm Deus? Respondet
 jam ad obj. וְהוּא שֶׁקֶר כִּי הָאֵל קוֹדֵם יְמֵי עוֹלָם הָיָה id
 verò falsum est; Deus enim anteveriens dies sæculi, ante dies
 sæculi est: וְהוּא שֶׁקֶר כִּי מִקְדָּם מִימֵי עוֹלָם הָיוּ מוֹצְאוֹתָיו
 וְהָיוּ רֵאשִׁית, quòd ab antiquo à diebus sæculi fuerint egressus ejus, h. e. quòd
 tunc exierit; Deus verò (dicit ille) est antiquus sine princi-
 pio; Resp. Fuit itaque saltem antequàm ex Maria nasce-
 retur, fuerat igitur cùm nasceretur à tempore prisco h.
 e. diu antea omnibus diebus sæculi; Deinde non sequi-*

tur, qui in ipso initio est, primo die mundi est, is initium extendi habet, sed multò magis qui in ipso initio est, is ab aeterno est & initium ipse vitæ suæ non habet: Deinde allegando nostram assertionem malam fraudem admittit substituendo מִמִּי קָרַם cum מָרַם scripserit Propheta.

§. XXXIV.



Excipiunt quoque Judæi Prophetam non loqui de Messia tanquàm de Deo, (cujus aeternam Deitatem hinc asserimus) sed tanquàm de tali qui fratres habeat; Sic enim in fine v. 2. dicitur. (ישׁוּבוּן עַל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל יִתְרָא חַן) Resp. Talis omninò nos dicebat Pontifex qui verus quidem homo, perfectè justus, exors reatùs, qui tanquàm primogenitus multorum *fratrum* accederet ad ipsum Deum pro *fratribus*, & qui simul verus Deus esset: Magnum illud hoc est τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον; Θεὸς ἐφανέρωθη ἐν σαρκί: &c. 1. Tim. 3. 16. Ἐπρεπε γὰρ αὐτῷ δι' ὅν τὰ πάντα καὶ δι' ἃ τὰ πάντα πόλλες υἱὸς εἰς δόξαν ἀγαγόντα τὸν Ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι: *Sanctificans enim & qui sanctificantur ex uno omnes*, quam ob causam non erubescit illos *fratres suos* appellare; Heb. 2. 10. 11. Illis in omnibus similis factus exceptò peccatò: Heb. 4 v. 15. Optavit id Ecclesia Cant. 8. 1. מִי יִתְנַךְ כְּאָח לִי Optat ut Sponsus illi fiat frater, cuius voti per adventum suum in carnem quem expetiit, compos fiebat, cuiusque ulterius compos fit, quando multos fratres renovatione spiritùs imagini Filii Dei primogeniti inter multos fratres conformes factos in gremium suum se recipere, videt; Piorum est precari Christum τὸν Ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας καὶ Ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν ut in multis desiderium illud excitare ve -

re velit, donec adveniat tempus illud quò sterilis plures,
filios paritura erit, & reliquum fratrum ejus redibunt ad
filios Israel Mich. 5. 2. & filii Israel convertentur & quærent
Jehovam Deum suum & Davidem Regem suum &c. Hof. 3.
v. 5. Ο δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν Ποιμή-
να τῶν προβάτων τὸν Μίχαν ἐν αἵματι διαθήκης αἰωῶν, τὸν
Κύριον Ἰησοῦν, καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντί ἔργῳ ἀγαθῷ εἰς τὸ
ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτῆ ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐ-
τῆ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τὰς αἰῶνας
τῶν αἰῶνων Heb. 13. v. 20, 21.

A M H N.

F I N I S.





Corollaria Theologico - Philologica placidæ
Συμφιλολογούντων ἐξετάσει exhibita.

I.

*Non omne Signum confirmans promissionem divinam
necessariò tempore prius existit ipsâ promissionis impletione
ut volunt Judæj. (ad Jes. 7. 14.)*

II.

*Sunt enim signa qua promissionum implementum tem-
pore antevertunt, sunt qua simul sunt, sunt qua se-
quuntur.*

III.

*Per puerum illum (הנער) (com. 16. cap. 7. Es.) ipsum
Immanuelem (de quo in præced.) non verò filium Proph:
Schear-Faschubum intelligi contextui valdè consentaneum est.*

IV.

*Antepenultimum Psal. 22. v. 17. vocabulum כָּאֵרִי absq̃
præjudicio integritatis text: verti potest ac debet foderunt.*

V.

*Male Targum Hierosolymit. & illud Jonath; per Melchi-
sedecum (Gen. 14. 18.) Semum intelligunt.*

VI. Abra-

VI.

Abrahamum Annò Therachi Patris sui 70. genitum esse, cum S. Scriptura rectè affirmatur : Proinde natum fuisse Anno Patris 130, vero absimile est :

VII.

Nomina כרתי ופלתי Crethi & Plethi 2. Sam. 8. 18. & c. gentilitia sunt & patronymica ; Absurdè autem R. S. Jarchi per Crethi & Plethi locò cit: intelligit תומים & אורים Urim & Thummim ; Fuerunt enim satellitium regium Davidis & Salomonis eorumq̄ σωματοφύλακες.

VIII.

Ἐναρτιστοφασία loc: Gen. 46. 27, & Act. 7. 14. 2. Sam. 24. 13. & 1. Chr. 12. 12. bene conciliari potest :

IX.

Textus Heb. Gen. 4. 1. קניתי איש את יהוה melius vertitur: Possidendo acquisivi Virum Dominum in Acc: quàm verò Domino vel à Domino ; Neque nota Masoreth: ad v. 8. ejusdem cap. כח פסו במצעו פסוק Scriptura defectum vel hiatum arguit.

X.

תקון סופרים talis qualem defendit Galat: figmentum est.

XI.

Cainanem illum Luc. 3. 30. institutum esse censeo & παρσίσατος.

XII. Verbo

XII.

*Verba Matth. 16. 18. & super hanc petram &c. quò
minùs ad eundem Petrum referri possint, nihil repugnat.*

XIII.

*Darius sub quo Templum (Hag. 2. 10.) fuit readifica-
tum est Darius Hystaspis.*

XIV.


*Anni Sabbatici primus Mensis erat mensis Tisri Septem-
bri nostro respondens, non verò Mensis Nisan: Primumque
annum post annum Exodicum Israelitarum & ingressum in
terram Canaan fuisse Sabbaticum ex Lev. 25. 2. male colligitur.*


XV.


*Verbum פני Exod. 33. 14. Chald: Paraph: vocab: שכינתו
significanter transfudit:*

XVI.

*Phrasis Apostoli. 1. Cor. 15. 29. βαπτίζουσας ὑπὲρ νεκρῶν
neque morem veterum neque baptismum Clinicorum, neque
baptismum Catechum: &c. sed lotiones, quibus Hebraei eas
pollutiones, quas contraxissent ex contactis mortuorum cor-
poribus & ossibus &c. eluebant respicit.*









the scale towards document

m, quam tanquam summus Mundi Pro-
phetas Messias sanctissima fuit ac verè divina,
uliseriam, veris quidem illis ac revera di-
, & sanctissimo vitæ ac mortis exemplo
non alia tamen fuit à doctrina illa salutari.
im populo suo indè à primis Patriarcha-
us usque ad Messiaë adventum revelavit.

§. XXII.

am, quo hoc suo officio Prophetico functus
ædificanda Ecclesia, verè divinus fuit &
eris absolutus; Fecit enim id a. Externè per
catum, & quidem partim immediatè per
ministerii sui curriculo, quod in terris obi-
diatè per ministros suos, quos sub utroque
libuit extraordinarios & ordinarios. ß. In-
& auditores omnes per Spiritum Sanctum
omnem veritatem Joh. 16. 13. majorem-
lo Spiritus mensuram pro diversa Eccle-
onomia, ita ut jam omnes sint *διδασκαλοι*
45. juxta vaticinium Esajæ, 54. 13. γ. *Prin-*
s familiaribus parabolis, ut videre est
iberè & citra *προσωποληψίαν* Matth. 22. 16.
ut nemo potuerit ejus sapientiæ resiste-
25. 27. & Matth. 22. v. 19. 22. 26. 32. 33. 34.
ebat enim, ut habens auctoritatem, non au-
Matth. 7: 29 ζ. Eloquenter admodum &
: ita ut nunquam ita locutus sit homo ut
46.

§. XXIII.

aret maxima illa Messiaë Prophetæ supra
ophetas excellentia, etiam supra ipsum
iàs Prophetarum maximum faciunt Judæi.

C 3

varia-